

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM
LIBER OCTAVUSDECIMUS.

DIGESTE OU PANDECTES,
LIVRE DIX-HUITIÈME.

TITRE PREMIER.

DU CONTRAT DE VENTE,
DES CLAUSES

Dont ce contrat est susceptible, et des choses qui peuvent en être l'objet.

1. *Paul au liv. 35 sur l'Édit.*

L'ORIGINE de la vente vient des échanges : car d'abord on ne connoissoit pas l'argent monnoyé, et il n'y avoit point de nom différent pour désigner la marchandise et le prix ; mais chacun, suivant ses besoins et les différentes circonstances, échangeoit des choses qui lui étoient inutiles, contre d'autres dont il avoit affaire : car il arrive souvent que l'un manque de ce qu'un autre a de trop. Mais, comme il étoit rare et difficile de réunir des occasions où deux personnes eussent réciproquement les choses qu'elles pouvoient désirer, on a choisi une matière qui, ayant une valeur publique fixe et déterminée, pût remédier aux difficultés qui se trouvoient dans les échanges, en représentant au juste toutes sortes de choses. Cette matière a été frappée au coin de l'autorité publique, et on en a fixé l'usage et la propriété par la valeur qu'on lui a donnée, plutôt que par la substance même de la matière. Depuis ce temps les deux matières ne s'appellent plus marchandises, mais l'une des deux est appelée le prix de l'autre.

1. Il y a cependant lieu de douter si on pourroit faire aujourd'hui une véritable vente sans argent monnoyé ; par exemple, dans le cas où on donneroit un habit pour avoir un

TITULUS PRIMUS.

DE CONTRAHENDA
EMPTIONE,

Et de pactis inter emptorem, et venditorem compositis, et quæ res venire non possunt.

1. *Paulus lib. 35 ad Edictum.*

ORIGO emendi, vendendique à permutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nummus : neque aliud merx, aliud pretium vocabatur : sed unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum utilibus inutilia permutabat : quando plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes quod ego desiderarem, invicem haberem quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis subveniret : eaque materia forma publica percussa, usum, dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate : nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur.

De origine emptionis et venditionis, ejusque et permutationis differentia. De nummis.

§. 1. Sed, an sine nummis venditio dici hodieque possit, dubitatur : veluti, si ego togam dedi, ut tunicam acciperem. Sabinus et Cassius esse emptionem et ven-

Quibus modis emptio contrahitur.

ditionem putant. Nerva et Proculus permutationem, non emptionem hoc esse. Sabinus Homero teste utitur, qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibusque vinum emere refert illis versibus:

Ἐνθὲν ἀρ' οἰνίζοντο καρνηκροῶντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰῶνι σιδῆρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥηίοις, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν. Id est,
Hinc quidem vinum emebant comati Achivi:

*Aliiquidem ære, alii autem splendido ferro,
Alii verò pellibus, alii autem ipsis vaccis,
Alii autem mancipiis.*

Sed hi versus permutationem significare videntur, non emptionem, sicut illi:

Ἐνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδῃος ἀργίας ἐξέλετο Ζεὺς.
Ὅς αἰεὶς Τυδείδῃν Διομήδεα τεύχε ἀμείβεν.

Id est,

Hinc rursus Glaucò Saturnius mentes emit Jupiter,

Qui cum Tydide Diomedè arma mutavit.

Magis autem pro hac sententia illud diceretur, quòd aliàs idem poëta dicit:

— πρίατο χεῖρατεσσιν εἴοσιν. Id est,
— *emit possessionibus suis.*

Sed verior est Nervæ et Proculi sententia: nam ut aliud est vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor, sic aliud est pretium, aliud merx: quod in permutatione discerni non potest, uter emptor, uter venditor sit.

§. 2. Est autem emptio juris gentium: et idèò consensu peragitur, et inter absentes contrahi potest, et per nuntium, et per literas.

2. *Ulpianus lib. 1 ad Sabinum.*

De patre et filio. Inter patrem et filium contrahi emptio non potest: sed de rebus castrensibus potest.

De patre. §. 1. Sine pretio nulla venditio est. Non autem pretii numeratio, sed conventio perficit sine scriptis habitam emptionem.

3. *Idem lib. 28 ad Sabinum.*

De pacto, ut si res dupliciter set, esset inempta. Si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inempta esset, constat non esse sub conditione distractam, sed resoluti emptionem sub conditione.

manteau. Sabin et Cassius pensent qu'il y a en ce cas une véritable vente. Nerva et Proculus sont d'avis qu'il n'y a qu'un échange et non une véritable vente. Sabin cite à ce sujet Homère, au rapport duquel l'armée des Grecs achetoit du vin moyennant du cuivre, du fer et des hommes, comme le marquent ces vers: « Les Grecs achetoient du vin, les uns avec du cuivre, les autres avec du fer, quelques-uns avec des peaux, d'autres avec des animaux, d'autres avec des esclaves. Mais ces vers paroissent ne marquer qu'un échange, et non une vente, aussi bien que ceux-ci: « Jupiter, fils de Saturne, aveugla Glaucus au point qu'il changea ses armes avec Diomède ». Mais on pourroit apporter avec plus de justesse, pour défendre le sentiment de Sabin, ces autres vers du même poëte: « Il acheta avec ses possessions ». Cependant le sentiment de Nerva et de Proculus doit être préféré: car il faut distinguer ces termes vendre et acheter, acheteur et vendeur, prix et marchandises; au lieu que dans l'échange, on ne peut savoir lequel est le vendeur, lequel est l'acheteur.

2. La vente descend du droit des gens: c'est ce qui fait qu'elle se contracte par le seul consentement, même entre absens, par lettres, ou par le ministère de quelqu'un qu'on envoie à cet effet.

2. *Ulpien au liv. 1 sur Sabin.*

Il ne peut y avoir de vente entre un père et un fils, si ce n'est par rapport aux choses qui dépendent du pécule castrense.

1. Il n'y a point de vente sans prix. Mais il n'est pas nécessaire que le prix soit réellement compté pour que la vente soit parfaite: il suffit qu'on soit convenu d'un prix même sans écrit.

3. *Le même au liv. 28 sur Sabin.*

Si une vente est faite sous la clause que si la chose ne plaît point, la vente sera nulle, il est certain que la vente n'est pas conditionnelle, mais que cette condition ne tombe que sur la résolution de la vente.

4. Pomponius au liv. 9 sur Sabin.

Il y a vente si l'acheteur achète un homme libre, un terrain sacré ou religieux, et qui n'est point dans le commerce, lorsqu'il ignore ces qualités de la chose vendue ;

5. Paul au liv. 5 sur Sabin.

Parce qu'il est difficile de distinguer un homme libre d'un esclave.

6. Pomponius au liv. 9 sur Sabin.

Mais Celse le fils pense qu'on ne peut point acheter valablement un homme libre qu'on connoît tel, ni toute autre chose dont on sait que l'aliénation est défendue, comme les choses sacrées ou religieuses ; ni les choses qui ne sont point dans le commerce, comme les choses publiques, qui, sans appartenir à personne en particulier, sont à l'usage de tout le monde, comme est le champ de Mars.

1. Un fonds a été vendu pour un certain prix, payable en trois paiemens, avec cette clause : « Que faute de faire les paiemens aux jours marqués, la vente seroit résolue, auquel cas l'acheteur seroit tenu de rendre les fruits qu'il auroit perçus dans le temps intermédiaire en cultivant le fonds, et en outre d'indemniser le vendeur s'il ne trouvoit plus à vendre sa chose au même prix ». L'argent n'ayant pas été payé aux jours marqués, on a décidé que le vendeur avoit l'action de la vente pour forcer l'acheteur à l'exécution de toutes ces clauses. On ne doit pas être arrêté ici parce qu'on voit subsister l'action de la vente après que la vente est résolue : car, en matière de vente, on a plus d'égard à l'intention des parties qu'aux termes dont elles se sont servis ; et il paroît que par cette clause l'intention des parties a été seulement que, dans le cas où le prix ne seroit point payé aux jours marqués, le vendeur ne fût point obligé envers l'acheteur, mais non pas que toute obligation cesseroit de part et d'autre.

2. La condition apposée au commencement du contrat de vente peut ensuite être ôtée par une nouvelle clause. De même qu'il est permis aux deux contractans de se désister entièrement de la vente quand il n'y a encore rien eu d'exécuté de part et d'autre.

7. Ulpian au liv. 28 sur Sabin.

Si un esclave est vendu sous cette clause : Après qu'il aura rendu ses comptes à la vo-

Tome II.

4. Pomponius lib. 9 ad Sabinum.

Et liberi hominis, et loci sacri et religiosi, qui haberi non potest, emptio intelligitur, si ab ignorante emitur: De his quæ non sunt in commercio.

5. Paulus lib. 5 ad Sabinum.

Quia difficile dignosci potest liber homo à servo.

6. Pomponius lib. 9 ad Sabinum.

Sed Celsus filius ait, hominem liberum scientem te emere non posse : nec cuiuscumque rei, si scias alienationem non esse, ut sacra et religiosa loca : aut quorum commercium non sit, ut publica, quæ non in pecunia populi, sed in publico usu habeantur, ut est campus Martius. De lege commissorio.

§. 1. Si fundus annua, bima, trima die, ea lege venisset, ut si in diem statutum pecunia soluta non esset, fundus inemptus foret : et ut, si interim emptor fundum coluerit, fructusque ex eo perceperit, inempto eo facto restituventur, et ut quanti minoris postea alii venisset, ut id emptor venditori præstaret : ad diem pecunia non soluta, placet venditori ex vendito eo nomine actionem esse. Nec conturbari debemus, quod inempto fundo facto, dicatur actionem ex vendito futuram esse : in emptis enim, et venditis potius id quod actum, quam id quod dictum sit, sequendum est ; et cum lege id dictum sit, apparet hoc duntaxat actum esse, ne venditor emptori pecunia ad diem non soluta obligatus esset : non ut omnis obligatio empti, et venditi utrique solveretur.

§. 2. Conditiõ quæ initio contractus dicta est, postea alia pactione immutari potest : sicuti etiam abiri tota emptione potest, si nondum impleta sunt, quæ utrinque præstari debuerunt. De pactis contrariis.

7. Ulpianus lib. 28 ad Sabinum.

Hæc venditio servi, Si rationes domini computasset arbitrio, conditionalis est. De conditione in arbitrium collata.

Conditionales autem venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio. Sed utrum hæc est venditionis conditio, si ipse dominus putasset suo arbitrio? an verò, si arbitrio viri boni? Nam si arbitrium domini accipiamus, venditio nulla est: quemadmodum si quis ita vendiderit, *Si voluerit*: vel stipulanti sic spondeat, *Si voluero, decem dabo*: neque enim debet in arbitrium rei conferri, an sit obstrictus. Placuit itaque veteribus, magis in viri boni arbitrium id collatum videri, quam domini. Si igitur rationes potuit accipere, nec accepit; vel accepit, fingit autem se non accepisse, impleta conditio emptionis est, et ex empto venditor conveniri potest.

lonté de son maître, la vente est conditionnelle. Or les ventes conditionnelles ne sont parfaites qu'après l'événement de la condition. Mais comment doit-on entendre la condition dont il est ici question? Signifie-t-elle lorsque le maître aura voulu compter avec l'esclave, ou la volonté du maître est-elle regardée ici comme la décision d'un homme équitable à laquelle on a entendu se rapporter? Car si cette clause doit s'entendre seulement de la volonté du maître, la vente est nulle. Comme si quelqu'un vendoit sous cette clause: Je vous livrerai telle chose à ma volonté; ou si un débiteur s'obligeoit envers son créancier en ces termes: Je vous paierai telle somme si je le juge à propos; en effet il ne doit pas dépendre de la volonté de celui qui s'oblige d'être obligé ou de ne l'être pas. C'est pourquoi les anciens jurisconsultes ont pensé que cette clause, à la volonté de son maître, signifioit que l'esclave rendroit ses comptes ainsi qu'il seroit décidé par un arbitre équitable, et non pas expressément quand le maître le jugeroit à propos. Donc, si le maître a pu recevoir les comptes de l'esclave et qu'il ne l'ait pas fait; ou s'il les a reçus, et qu'il affecte de paroître ne les avoir pas reçus, la condition apposée à la vente est remplie, et l'acheteur a action contre le vendeur.

De emptione, quanti emisti, vel quantum pretii in arca habeo,

§. 1. Hujusmodi emptio, quanti tu eum emisti, quantum pretii in arca habeo, valet. Nec enim incertum est pretium tam evidenti venditione: magis enim ignoratur quanti emptus sit, quam in rei veritate incertum est.

1. On peut contracter une vente sous cette clause: Je vous achète cette chose pour le même prix qu'elle vous a coûté, ou pour la somme qui se trouvera dans mon coffre. Car on ne peut pas dire que le prix soit incertain lorsqu'il est aussi aisé de s'en éclaircir, parce qu'il n'est pas incertain en soi, mais seulement relativement aux contractans.

Vel centum et quanto pluris ab emptore venditur.

§. 2. Si quis ita emerit, *Est mihi fundus emptus centum, et quanto pluris eum vendidero*, valet venditio, et statim impletur: habet enim certum pretium, centum. Auguebitur autem pretium, si pluris emptor fundum vendiderit.

2. Une vente est valable lorsqu'elle est contractée sous cette clause: Je vous achète votre terre cent mille francs, et ce que je pourrai la vendre de plus; dans ce cas même la vente est parfaite à l'instant, parce qu'elle a un prix certain, savoir cent mille francs. Mais ce prix sera augmenté si l'acheteur vend ensuite cette terre à un plus haut prix.

De re vendita, de re futura.

8. Pomponius lib. 9 ad Sabinum. Nec emptio nec venditio sine re quæ veneat, potest intelligi. Et tamen fructus, et partus futuri rectè ementur, ut cum editus esset partus, jam tunc cum con-

8. Pomponius au liv. 9 sur Sabin. On ne peut pas concevoir une vente sans qu'une chose n'en soit l'objet. Cependant des fruits qui n'existent pas encore, des esclaves qui ne sont pas encore nés peuvent former

l'objet d'une vente valable : en sorte que lors de la naissance de ces esclaves la vente sera parfaite avec un effet rétroactif au temps où elle aura été contractée. Si même le vendeur est cause que ces fruits n'ont pas été produits, ou que ces esclaves ne sont pas nés, l'acheteur a action contre lui.

1. Cependant on conçoit quelquefois une vente sans qu'elle ait d'objets, par exemple, lorsqu'on achète au hasard : ce qui arrive quand on achète les poissons qu'on prendra dans un coup de filet, les oiseaux qu'on tuera d'un coup de fusil, ou ce que quelqu'un ramassera de l'argent jeté au peuple. En effet il y a vente dans ces cas, quand même rien de ce qu'on attendoit n'arriveroit ; parce qu'on est censé avoir acheté l'espérance. Si même dans le cas où on a acheté de quelqu'un ce qu'il ramasseroit de l'argent jeté au peuple, le vendeur ramasse une poignée d'argent qui lui soit ensuite enlevée par un autre, il ne sera point obligé à cet égard envers l'acheteur, parce que telle a été l'intention des parties.

9. *Ulpian au liv. 28 sur Sabin.*

Il est clair que le consentement des parties est nécessaire dans la vente ; elle est nulle si les parties ne consentent point ou sur la vente même, ou sur le prix, ou sur quelque autre chose. Ainsi, si l'acheteur a cru acheter le fonds Cornélien, et que le vendeur ait entendu vendre le fonds Sempronien, la vente est nulle ; parce que les parties ne s'accordent pas sur le corps qui doit en faire l'objet. Il en est de même du cas où l'acheteur a cru acheter Stichus, tandis que le vendeur a entendu vendre l'esclave Pamphile qui étoit absent ; la vente est nulle par la même raison.

1. Il est hors de doute que la vente est valable lorsque les parties s'accordent sur la chose qui en doit faire l'objet, quoiqu'elles ne s'accordent pas sur le nom de la chose : car l'erreur du nom ne nuit à rien quand on est d'accord sur la chose.

2. C'est ce qui a donné occasion de demander s'il y auroit vente dans le cas où les parties seroient d'accord sur la chose, mais se tromperoient sur sa substance ; par exemple, si on vend du vinaigre pour du vin, du cuivre pour de l'or, de l'étain pour de l'argent, ou autre chose qui ressemble à de

tractum esset negotium, venditio facta intelligatur. Sed si id egerit venditor, ne nascantur, aut fiant, ex empto agi posse.

§. 1. Aliquando tamen et sine re venditio intelligitur, veluti cum quasi alea emitur : quod fit, cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. Emptio enim contrahitur, etiamsi nihil inciderit : quia spei emptio est. Et quod missilium nomine eo casu captum est, si evictum fuerit, nulla eo nomine ex empto obligatio contrahitur, quia id actum intelligitur.

De spe.

9. *Ulpianus lib. 28 ad Sabinum.*

In venditionibus et emptionibus consensum debere intercedere palam est. Cæterum sive in ipsa emptione dissentient, sive in pretio, sive in quo alio, emptio imperfecta est. Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putasti, quia in corpore dissensimus, emptio nulla est. Idem est, si ego me Sthicum ; tu Pamphilum absentem vendere putasti : nam cum in corpore dissentiatur, apparet nullam esse emptionem.

De consensu, et dissensu, et errore contrahentium.

§. 1. Si in nomine dissentiamus, verum de corpore constet, nulla dubitatio est quin valeat emptio et venditio : nihil enim facit error nominis, cum de corpore constat.

§. 2. Indè quæritur, si in ipso corpore non erratur, sed in substantia error sit, utputa si acetum pro vino veneat, æs pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento simile, an emptio et venditio sit? Marcellus scripsit libro sexto digestorum, emptionem esse et venditio-

nem, quia in corpus consensum est, etsi in materia sit erratum. Ego in vino quidem consentio, quia eadem propè *est*, id est, *substantia* est, si modò vinum acuit: cæterum si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut embamma, id est, *intinctus*, aliud pro alio venisse videtur. In cæteris autem nullam esse venditionem puto, quotiens in materia erratur.

10. *Paulus lib. 5 ad Sabinum.*

Aliter, atque si aurum quidem fuerit, deterius autem quàm emptor existimaret: tunc enim emptio valet.

11. *Ulpianus lib. 28 ad Sabinum.*

Alioquin quid dicemus, si cæcus emptor fuit? vel si in materia erratur? vel in minùs perito discernendarum materiarum? In corpus eos consensisse dicemus? Et quemadmodum consensit, qui non vidit?

§. 1. Quòd si ego me virginem emere putarem, cum esset jam mulier, emptio valebit: in sexu enim non est erratum. Cæterum si ego mulierem venderem, tu puerum emere existimasti, quia in sexu error est, nulla emptio, nulla venditio est.

12. *Pomponius lib. 31 ad Quintum Mucium.*

In hujusmodi autem quæstionibus personæ ementium et vendentium spectari debent, non eorum quibus acquiritur ex eo contractu actio: nam si servus meus, vel filius qui in mea potestate est, me præsentis suo nomine emat, non est quærendum quid ego existimem, sed quid ille qui contrahit.

l'argent (comme du fer-blanc)? Marcellus écrit au livre six du digeste, qu'il y a vente, puisque les parties sont d'accord sur le corps vendu, quoiqu'elles ne le soient pas sur la matière. J'adopte son avis à l'égard du vin et du vinaigre, parce que c'est à peu près la même substance, en supposant pourtant que ce soit le même vin qu'on a vendu qui soit devenu aigre: car si le vin ne s'est point aigri, mais qu'au moment même de la vente, il n'y ait dans le tonneau que du vinaigre, on décidera qu'une chose a été vendue pour une autre. A l'égard des autres cas rapportés ci-dessus, je pense que la vente est nulle toutes les fois qu'il y a erreur sur la matière.

10. *Paul au liv. 5 sur Sabin.*

Il n'en seroit pas de même si le vendeur avoit vendu véritablement de l'or, mais à un plus bas titre que l'acheteur ne comptoit: car alors la vente est valable.

11. *Ulpien au liv. 28 sur Sabin.*

Autrement comment faudroit-il décider dans le cas où l'acheteur seroit aveugle ou peu connoisseur, ou s'il se trompe dans les matières? dira-t-on qu'il a au moins consenti à acheter le corps qui faisoit l'objet de la vente? Mais comment pourra-t-on dire avec fondement qu'il a donné ce consentement, s'il n'a pas même vu le corps dont il s'agit?

1. Si achetant une femme esclave j'ai cru qu'elle étoit vierge pendant qu'elle ne l'étoit pas, la vente est valable; parce que l'erreur ne tombe pas sur le sexe. Mais si l'acheteur a cru acheter un jeune esclave pendant qu'on lui vendoit une femme, il y a erreur sur le sexe, et par conséquent la vente est nulle.

12. *Pomponius au liv. 31 sur Quintus Mucius.*

Dans tous les cas ci-dessus rapportés, on doit considérer le consentement dans la personne du vendeur et dans celle de l'acheteur eux-mêmes, et non pas dans les personnes à qui l'obligation est acquise par le ministère du vendeur et de l'acheteur: car si mon esclave ou même mon fils, sur lequel j'ai la puissance paternelle, achète une chose en son nom et en ma présence, on n'examine pas quelle idée j'ai pu avoir de la chose, mais ce qu'en a pensé celui qui contractoit.

Inspicitur dis-
sensus, vel con-
sensus contra-
hæntis: non au-
tem illorum,
quibus acquiri-
tur.

13. *Le même au liv. 9 sur Sabin.*

Si vous vendez un esclave sujet à s'enfuir, que vous connoissiez tel aussi bien que moi, à mon esclave ou à mon fondé de procuration, qui ne lui connoissoit pas ce défaut, il n'aura point à cet égard d'action contre vous en sa qualité d'acheteur.

14. *Ulpien au liv. 28 sur Sabin.*

Que faudroit-il cependant décider si le vendeur et l'acheteur se trompoient tous deux sur la matière, par exemple, s'ils croyoient vendre et acheter de l'or pendant que le corps n'étoit que de cuivre; ou si des cohéritiers trouvant dans la succession un brasselet qu'on croyoit d'or, le vendent un prix considérable à un d'entre eux, et qu'on découvre ensuite que ce brasselet est en grande partie de cuivre? Il est certain que la vente est valable en ce cas, par la raison qu'il y a dans ce brasselet un peu d'or; car la vente est même valable lorsqu'une partie croit qu'un corps est d'or pendant qu'il n'est que doré. Mais si on vend du cuivre pour de l'or, la vente est nulle.

15. *Paul au liv. 5 sur Sabin.*

Si les parties ont été d'accord sur le corps qui devoit être l'objet de la vente, et que cependant ce corps cesse d'exister avant qu'elle soit parfaite, la vente est nulle.

1. L'acheteur peut prétexter utilement son ignorance, pourvu qu'il ne se soit pas trompé grossièrement et comme un sot.

2. Si, ignorant qu'une chose m'appartient, vous me la vendez, et que je vous ordonne d'en faire la délivrance à une personne que je vous désigne, Pomponius ne pense pas que je perde ma propriété; parce que mon intention a été de faire passer à cette personne votre propriété et non la mienne. Ainsi on devra décider la même chose dans le cas où je vous aurai chargé de délivrer à un tiers une chose qui m'appartenoit, et dont vous paroissiez me faire une donation.

16. *Pomponius au liv. 9 sur Sabin.*

La vente n'est pas valable quand quelqu'un achète une chose qui lui appartient, soit qu'il sache que cette chose est à lui, soit qu'il l'ignore. Mais s'il l'a achetée dans l'ignorance où il étoit qu'elle lui appartint, il peut redemander comme indûment payé le prix qu'il a donné, parce qu'il n'y a eu aucune obligation de sa part.

13. *Idem lib. 9 ad Sabinum.*

Sed si servo meo, vel ei cui mandavero vendas, sciens fugitivum, illo ignorante, me sciente, non tegeri te ex empto verum est.

14. *Ulpianus lib. 28 ad Sabinum.*

Quid tamen dicemus, si in materia, et qualitate ambo errarent? utputa si et ego me vendere aurum putarem, et tu emere, cum æs esset? utputa coheredes viriolam quæ aurea dicebatur, pretio exquisito uni heredi vendidissent, eaque inventa esset magna ex parte ænea? Venditionem esse constat: ideò, quia auri aliquid habuit: nam si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem, valet venditio. Si autem æs pro auro veneat, non valet.

15. *Paulus lib. 5 ad Sabinum.*

Etsi consensum fuerit in corpus, id tamen in rerum natura antè venditionem esse desierit, nulla emptio est. De interitu rei.

§. 1. Ignorantia emptori prodest, quæ non in supinum hominem cadit. De ignorantia emptoris.

§. 2. Si rem meam mihi ignoranti vendideris, et jussu meo alii tradideris, non putat Pomponius dominium meum transire, quoniam non hoc mihi propositum fuit, sed quasi tuum dominium ad eum transire. Et ideò etiam si donaturus mihi rem meam, jussu meo alii tradas, idem dicendum erit. De emptione rei suæ.

16. *Pomponius lib. 9 ad Sabinum.*

Suæ rei emptio non valet, sive sciens, sive ignorans emi. Sed si ignorans emi, quod solvero, repetere potero: quia nulla obligatio fuit.

De re cuius
ususfructus est
emptoria.

§. 1. Nec tamen emptioni obstat, si in ea re ususfructus duntaxat ementis sit.

17. *Paulus lib. 33 ad Edictum.*

Officio tamen iudicis pretium minuetur.

18. *Pomponius lib. 9 ad Sabinum.*

Sed si communis ea res emptori cum alio sit, dici debet, scisso pretio pro portione, pro parte emptionem valere, pro parte non valere.

De emptione
rei cominiis.

De finium de-
monstratione.
De vacua pos-
sessione.

§. 1. Si servus domini jussu in demonstrandis finibus agri venditi, vel errore, vel dolo plus demonstraverit, id tamen demonstratum accipi oportet, quod dominus senserit. Et idem Alfenus scripsit de vacua possessione per servum tradita.

19. *Idem lib. 41 ad Quintum Mucium.*

Quod vendidi, non aliter fit accipiendus, quam si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori sine ulla satisfactione.

De translatione
dominii in emp-
torem.

20. *Idem lib. 9 ad Sabinum.*

Sabinus respondit, si quam rem nobis fieri velimus, etiam, veluti statuam, vel vas aliquod, seu vestem, ut nihil aliud, quam pecuniam daremus, emptionem videri; nec posse ullam locationem esse, ubi corpus ipsum non detur ab eo cui id fieret. Aliter, atque si aream darem, ubi insulam ædificares, quoniam tunc à me substantia proficiscitur.

Differentia emp-
tionis et loca-
tionis.

21. *Paulus lib. 5 ad Sabinum.*

Laëon scripsit, obscuritatem pacti nocere potius debere venditori qui id dixerit, quam emptori: quia potuit re integra apertius dicere.

De pacto obs-
curo.

22. *Ulpianus lib. 28 ad Sabinum.*

Hanc legem venditionis, *Si quid sacri, vel religiosi est, ejus venit nihil*, superva-

De pacto, Si
quid sacri, vel

1. La vente n'est cependant pas nulle quand l'acheteur a déjà l'usufruit de la chose qu'il achète.

17. *Paul au liv. 33 sur l'Edit.*

Mais le juge en ce cas ordonnera une diminution sur le prix convenu.

18. *Pomponius au liv. 9 sur Sabin.*

Si la chose achetée étoit commune à l'acheteur et à un autre, on doit décider que le prix sera diminué à proportion, et que la vente vaudra en partie et sera nulle en partie.

1. Si un esclave qui a ordre de son maître de faire voir les limites d'une terre qu'il vend, montre une plus grande étendue de terrain, soit par erreur, soit par mauvaise foi, la désignation ne sera censée faite que suivant l'intention du maître. Alfenus a écrit la même chose au sujet de la délivrance de possession faite par un esclave.

19. *Le même au liv. 41 sur Quintus Mucius.*

La propriété de la chose vendue ne passe à l'acheteur, qu'autant qu'il en a payé le prix, ou qu'il a satisfait le vendeur de toute autre manière, ou si le vendeur, sans rien exiger de lui, s'en est rapporté à la promesse que lui a faite l'acheteur de le payer.

20. *Le même au liv. 9 sur Sabin.*

Sabin a répondu que lorsqu'on commande un ouvrage, comme une statue, un vase, un habit, pour lequel on ne doit donner autre chose que de l'argent, il y a une véritable vente; et qu'on ne peut pas dire qu'il y ait loyer, lorsque le corps sur lequel on doit travailler n'est pas fourni par celui pour qui se fait l'ouvrage. Il n'en seroit pas de même si je fournissois le terrain sur lequel je veux qu'on m'élève un bâtiment, parce qu'alors c'est moi qui donne ce qui forme la substance du bâtiment.

21. *Paul au liv. 5 sur Sabin.*

Laëon pense que l'obscurité d'une clause doit plutôt nuire au vendeur qui l'a fait insérer qu'à l'acheteur; parce que, tant que les choses ont été entières, le vendeur a été le maître d'expliquer ses intentions plus clairement.

22. *Ulpien au liv. 28 sur Sabin.*

Il n'est pas inutile d'ajouter cette clause dans un contrat de vente: « S'il se trouve quel-

qu'endroit sacré ou religieux, il ne fera point partie de la présente vente » ; cette clause ne peut s'appliquer qu'à quelques portions modiques du terrain vendu : car si tout le terrain est religieux, ou sacré ou public, la vente est nulle.

23. *Paul au liv. 5 sur Sabin.*

L'acheteur pourra redemander comme indû le prix qu'il aura payé en ce cas.

24. *Ulpien au liv. 28 sur Sabin.*

Mais s'il n'y a que quelques portions modiques sur lesquelles tombe cette clause, l'acheteur a néanmoins action ; parce que, quoiqu'un lieu sacré ou religieux ne puisse pas être vendu par lui-même, il suit cependant, comme accessoire, la vente de la plus grande partie.

25. *Le même au liv. 34 sur Sabin.*

Si la vente se fait de cette manière : « Je vous vends l'une ou l'autre de ces deux choses », la chose choisie par le vendeur formera l'objet de la vente.

1. Le vendeur n'est point obligé de transférer à l'acheteur la propriété de la chose, comme y est obligé celui qui s'est engagé par stipulation à fournir un terrain à quelqu'un.

26. *Pomponius au liv. 17 sur Sabin.*

Si on achète de quelqu'un qu'on sait être interdit, ou d'un héritier qu'on sait avoir le temps de délibérer, sous la condition de ne diminuer en rien la succession, on n'acquiert point la propriété de la chose vendue. Il n'en seroit pas de même si on achetoit d'un débiteur qu'on sauroit aliéner en fraude de ses créanciers.

27. *Paul au liv. 8 sur Sabin.*

Celui qui achète une chose d'un autre qu'il en croit le propriétaire, est acheteur de bonne foi. Celui qui achète d'un pupille non autorisé de son tuteur, ou assisté d'un faux tuteur qu'il sait n'être point véritablement tuteur, ne paroît pas acheter de bonne foi, comme l'a répondu Sabin.

28. *Ulpien au liv. 41 sur Sabin.*

Il n'y a point de doute qu'on peut vendre une chose appartenante à autrui : car il y a en ce cas une véritable vente, mais l'acheteur peut être évincé.

29. *Le même au liv. 43 sur Sabin.*

Quand on vend un esclave, on n'entend

quam non esse, sed ad modica loca perfinere. Cæterum, si omne religiosum, vel sacrum, vel publicum venierit, nullam esse emptionem. religiosus est, ejus venit nihil.

23. *Paulus lib. 5 ad Sabinum.*

Et quod solverit eo nomine emptor, condicere potest.

24. *Ulpianus lib. 28 ad Sabinum.*

In modicis autem ex empto esse actionem : quia non specialiter locus sacer, vel religiosus venit, sed emptioni majoris partis accessit.

25. *Idem lib. 34 ad Sabinum.*

Si ita distrahatur, illa aut illa res, utram eligit venditor, hæc erit emptæ. De venditione alternata.

§. 1. Qui vendidit, necesse non habet fundum emptoris facere, ut cogitur, qui fundum stipulanti sponndit. De translatione domini in emptorem, vel stipulatorem.

26. *Pomponius lib. 17 ad Sabinum.*

Si sciens emam ab eo cui bonis interdium sit, vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum sit, ut ei diminuendi potestas non sit, dominus non ero. Dissimiliter, atque si a debitore sciens creditorem fraudari emero. De eo qui vendendi jus non habet. De venditione in fraudem creditorum.

27. *Paulus lib. 8 ad Sabinum.*

Qui à quolibet rem emit, quam putat ipsius esse, bona fide emit. At qui sine tutoris auctoritate à pupillo emit, vel falso tutore auctore, quem scit tutorem non esse, non videtur bona fide emere, ut et Sabinus scripsit. De bona fide.

28. *Ulpianus lib. 41 ad Sabinum.*

Rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est : nam emptio est et venditio, sed res emptori auferri potest. De re aliena.

29. *Idem lib. 43 ad Sabinum.*

Quotiens servus venit, non cum peculio De servo ven-

dito et de pecu-
lio.

distrahitur. Et ideò, sive non sit exceptum, sive exceptum sit, ne cum peculio vengeat, non cum peculio distractus videatur. Undè si qua res fuerit peculiaris à servo subrepta, condici potest, videlicet quasi furtiva : hoc ita, si res ad emptorem pervenerit.

30. *Idem lib. 32 ad Edictum.*

Sed ad exhibendum agi posse nihilominus, et ex vendito puto.

31. *Pomponius lib. 22 ad Sabinum.*

Sed et si quid postea accessit peculio, reddendum est venditori, veluti partus, et quod ex operis vicarii perceptum est.

32. *Ulpianus lib. 44 ad Edictum.*

De his quæ
sunt in solo pu-
blico.

Qui tabernas argentarias, vel cæteras quæ in solo publico sunt, vendit, non solum, sed jus vendit : cum istæ tabernæ publicæ sunt, quarum usus ad privatos pertinet.

33. *Pomponius lib. 33 ad Sabinum.*

De pacto, ser-
vitutes, uti nunc
sunt, uti ita sint.

Cum in lege venditionis ita sit scriptum, *flumina, stillicidia, uti nunc sunt, ut ita sint*, nec additur, quæ flumina, vel stillicidia : primum spectari oportet, quid acti sit. Si non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori nocet : ambigua enim oratio est.

34. *Paulus lib. 33 ad Edictum.*

De dissensu
contrahentium
in accessorio.

Si in emptione fundi dictum sit, *accedere Stichum servum*, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit, cum de alio emptor, de alio venditor senserit, nihilominus fundi venditionem valere constat. Sed Labeo ait eum Stichum deberi, quem venditor intellexerit. Nec refert, quanti sit accessio, sive plus in ea sit, quàm in ipsa re cui accedat, an minus : plerasque

pas vendre en même temps son pécule avec lui. Ainsi l'esclave ne sera pas censé vendu avec son pécule, soit qu'on n'ait rien décidé à cet égard dans la vente, soit qu'on ait expressément déclaré que le pécule de l'esclave ne feroit pas partie de la vente. Donc si l'esclave a volé quelque effet dépendant de son pécule, on pourra se le faire rendre par l'acheteur, en intentant contre lui la demande en restitution d'une chose volée, en supposant que cet effet soit parvenu à l'acheteur.

30. *Le même au liv. 32 sur l'Edit.*

Je pense que le vendeur a aussi à cet égard contre l'acheteur l'action en représentation de la chose et celle de la vente.

31. *Pomponius au liv. 22 sur Sabin.*

Si le pécule de l'esclave vendu reçoit dans la suite quelque accroissement, on doit le rendre au vendeur, tels sont les enfans nés de la femme esclave, les avantages qu'on a tirés à l'occasion des services de l'esclave qui faisoit partie du pécule de l'esclave vendu.

32. *Ulpien au liv. 44 sur l'Edit.*

Lorsqu'on vend les boutiques où on exerce la banque, et les autres qui sont bâties sur un terrain public, on ne vend pas le terrain, mais seulement le droit d'y tenir boutique ; parce que ces boutiques étant au public, les particuliers n'en peuvent avoir que l'usage.

33. *Pomponius au liv. 33 sur Sabin.*

Une vente a été faite sous cette clause : « Les canaux et les gouttières resteront dans le même état où ils se trouvent », sans ajouter de quels canaux, de quelles gouttières on a entendu parler : il faut en pareil cas chercher d'abord quelle a pu être l'intention des parties. Si on ne peut pas la découvrir, on interprète cette clause contre le vendeur, parce qu'elle est équivoque.

34. *Paul au liv. 33 sur l'Edit.*

Si, en vendant un fonds, on a déclaré que l'esclave Stichus feroit partie de la vente, et qu'on ne puisse savoir lequel d'entre eux doit y être compris parce qu'il y en a plusieurs de ce nom, et que le vendeur et l'acheteur avoient sur cet esclave une idée différente, il est certain que cette erreur ne doit pas nuire à la validité de la vente du fonds. Labeon dit que c'est l'esclave que le vendeur

vendeur a eu en vue qui est dû, et qu'il importe peu en ce cas d'examiner quelle peut être la valeur de l'esclave qui devoit former l'accessoire de la vente, s'il étoit d'un prix plus ou moins considérable que la chose vendue : car il arrive souvent qu'on achète des choses à cause des accessoires qui les suivent ; par exemple, une maison à cause des statues, des marbres et des peintures qui la décorent.

1. On peut vendre toutes les choses dont on a la propriété ou la possession, ou sur lesquelles on a un droit de poursuite ; mais, lorsque le droit naturel, le droit des gens ou le droit civil ont mis une chose hors du commerce, la vente qu'on en feroit est nulle.

2. On ne peut point acheter un homme qu'on sait être libre ; on ne peut pas même l'acheter ou s'engager à le fournir quand il sera esclave, quoique nous ayons dit plus haut que les choses qui n'existoient pas encore pouvoient faire l'objet d'une vente ; parce qu'il y a de l'indécence à prévoir le cas où un homme libre sera esclave.

3. De même, si le vendeur et l'acheteur savent que la chose qui fait l'objet de la vente a été volée, il n'y a obligation ni d'un côté ni de l'autre. S'il n'y a que l'acheteur qui ait cette connoissance, le vendeur n'est point obligé. Cependant il ne pourra pas intenter d'action contre l'acheteur à raison du prix ; s'il n'offre de lui fournir la chose aux termes de la convention. Si le vendeur sait que la chose a été volée, et que l'acheteur l'ignore, il y a obligation des deux côtés. C'est aussi l'avis de Pomponius.

4. Lorsque quelqu'un achète une chose qui lui appartient, la vente ne peut être valable, qu'autant que l'acheteur a eu intention, dès l'origine, de se procurer la possession de cette chose, qui étoit entre les mains du vendeur, et que l'acheteur avoit intérêt d'avoir, afin de l'emporter au possesseur contre le vendeur, à qui il n'auroit pu autrement ôter cette possession.

5. Il y a de la différence entre goûter ou mesurer une chose qui est en vente ; on la goûte pour voir si on s'en accommodera, et on peut ne la pas trouver bonne ; on la mesure, non pas afin de la payer plus ou moins cher, mais afin de savoir combien on en prend.

Tome II.

plerasque enim res aliquando propter accessiones emimus : sicut cum domus propter marmora, et statuas, et tabulas pictas ematur.

§. 1. Omnium rerum quas quis habere, vel possidere, vel persequi potest, venditio rectè fit: quas verò natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio exuerunt, earum nulla venditio est.

Quæ res vendi possunt, vel non.

§. 2. Liberum hominem scientes emere non possumus: sed nec talis emptio, aut stipulatio admittenda est, cum servus erit: quamvis dixerimus futuras res emi posse. Nec enim fas est, ejusmodi casus expectare.

De libero homine.

§. 3. Item si et emptor, et venditor scit furtivum esse quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor solus scit, non obligabitur venditor: nec tamen ex vendito quidquam consequitur, nisi ultro quod convenerit, præstet. Quòd si venditor scivit, emptor ignoravit, utrinque obligatio contrahitur. Et ita Pomponius quoque scribit.

De re furtiva

§. 4. Rei suæ emptio tunc valet, cum ab initio agatur ut possessionem emat, quam fortè venditor habuit: et in judicio possessionis potior esset.

De emptione rei suæ, seu possessionis.

§. 5. Alia causa est degustandi, alia metiendi: gustus enim ad hoc proficit, ut improbare liceat: mensura verò non eo proficit, ut aut plus, aut minus veneat, sed ut appareat quantum ematur.

De gustu et mensura.

De alternatio-
ne. De rei iute-
ritu.

§. 6. Si emptio ita facta fuerit, *Est mihi emptus Stichus, aut Pamphilus*, in potestate est venditoris quem velit dare, sicut in stipulationibus : sed uno mortuo, qui superest, dandus est : et ideò prioris periculum ad venditorem, posterioris ad emptorem respicit. Sed et si pariter decesserunt, pretium debetur : unus enim utique periculo emptoris vixit. Idem dicendum est, etiam si emptoris fuit arbitrium quem vellet habere : si modò hoc solum arbitrio ejus commissum sit, ut quem vluisset, emptum haberet, non et illud, an emptum haberet.

De tutore, eu-
ratore, procura-
tore, negotio-
rum gestore.

§. 7. Tutor rem pupilli emere non potest. Idemque porrigendum est ad similia, id est, ad curatores, procuratores, et qui negotia aliena gerunt.

De arrhis.

35. *Gaius lib. 10 ad Edictum provinciale.*
Quod sæpe arrhæ nomine pro emptio-
ne datur, non eò pertinet, quasi sine ar-
rha conventio nihil proficiat : sed ut evi-
dentiùs probari possit convenisse de
pretio.

De pretio col-
lato in arbitrium
temporis.

§. 1. Illud constat, imperfectum esse
negotium, cum emere volenti sic ven-
ditor dicit : *Quanti velis, quanti æquum
putaveris, quanti aestimaveris, habebis
emptum.*

De venenis.

§. 2. Veneni mali quidam putat non
contrahi emptionem : quia nec societas,
aut mandatam flagitiosæ rei ulla vires
habet. Quæ sententia potest sanè vera vi-
deri de his quæ nullo modo adjectione
alterius materiæ usui nobis esse possunt.
De his verò quæ mixta aliis materiis adeo
nocendi naturam deponunt, ut ex his
antidoti, et alia quædam salubria medi-
camenta conficiantur, aliud dici potest.

6. Si la vente est conçue de cette ma-
nière : Je vous achète Stichus ou Pamphile
pour telle somme, le vendeur est le maître
de livrer l'esclave qu'il jugera à propos. Cette
faculté appartient de même à celui qui est
débitéur en vertu d'une stipulation. Mais si
l'un des deux esclaves vient à mourir, le
vendeur est obligé de donner celui qui reste.
En conséquence, le vendeur souffre de la
perte de l'esclave qui meurt le premier, l'a-
cheteur souffre de la perte de celui qui meurt
le second. S'ils sont morts tous deux, l'ache-
teur n'en devra pas moins le prix ; car il y
en a toujours un qui a survécu aux risques
de l'acheteur. Il faut dire la même chose
dans le cas même où l'acheteur auroit la
faculté de choisir celui qu'il voudroit ; pourvu
qu'il n'ait pas été le maître d'acheter ou non,
mais seulement d'avoir en conséquence de
son achat l'esclave qu'il voudroit choisir.

7. Le tuteur ne peut point acheter un
bien ou un effet appartenant à son pupille.
Cette décision doit être étendue aux cas sem-
blables, c'est-à-dire aux curateurs, procu-
rateurs, et à ceux qui gèrent les affaires d'au-
trui.

35. *Gaius au liv. 10 sur l'Edit provinciale.*

Quoiqu'il arrive souvent dans les marchés,
que l'acheteur donne des arrhes, il ne s'en-
suit pas que la convention soit nulle lors-
qu'on n'en a pas donné. Les arrhes servent
simplement à prouver avec évidence qu'on
est convenu de prix.

1. Il est certain qu'une vente est impar-
faite quand le vendeur s'est exprimé en ces
termes : Je vous vends telle chose pour le
prix que vous en voudrez donner, que vous
jugerez raisonnable, que vous croirez re-
présenter la valeur de la chose.

2. Quelques-uns pensent que le poison
ne peut pas faire la matière d'une vente ;
de même qu'une entreprise criminelle ne
peut point être l'objet d'une société ou d'un
mandat. Ce sentiment peut être approuvé à
l'égard des choses qui ne peuvent jamais être
utiles même par le mélange d'une autre ma-
tière avec lesquelles elles peuvent être con-
fondues. Mais il n'en seroit pas de même à
l'égard des drogues qui, mêlées avec d'au-
tres, pourroient servir de contre-poison en
perdant leur malignité naturelle, et pourroient
ensuite être employées comme des médica-
mens salutaires.

3. Un particulier chargea son ami, qui partoît pour un long voyage, de faire la recherche d'un esclave fugitif, et de le vendre dans le cas où il pourroit le trouver. On ne peut pas dire qu'il contrevienne en ce cas au sénatus-consulte, qui défend de vendre l'esclave fugitif lorsqu'il est absent; parce que ce n'est pas lui-même qui l'a vendu. On ne peut pas dire non plus qu'il y ait contravention de la part de l'ami, parce qu'il ne vend cet esclave que lorsqu'il est présent. Enfin l'acheteur qui acquiert l'esclave qu'on lui présente fait un marché valable.

4. Si la chose vendue se trouve perdue parce qu'elle a été volée au vendeur, on doit d'abord examiner de quoi sont convenues les parties au sujet de la garde de la chose. S'il n'y a eu aucune convention à cet égard, le vendeur doit garder la chose avec le soin d'un bon père de famille. S'il a eu ce soin, et que néanmoins la chose ait été perdue, il est en sûreté vis-à-vis de l'acheteur, à qui cependant il doit transporter les actions qui lui restent pour réclamer la chose et en demander la restitution. Il doit y avoir eu ce cas quelque difficulté par rapport à celui qui a vendu la chose d'autrui, parce qu'il n'a point d'action pour la réclamer comme propriétaire, ni pour en poursuivre la restitution contre le voleur, en sorte qu'il n'est pas en état de transporter ces deux actions à l'acheteur. Il doit être condamné envers l'acheteur à cet égard, parce qu'il auroit été en état de lui transporter ces actions s'il lui eût vendu une chose dont il auroit eu la propriété.

5. A l'égard des choses qui se comptent, se pesent et se mesurent, comme le blé, le vin, l'huile, l'argenterie, il est vrai de dire que la vente est parfaite, ainsi que par rapport à toute autre chose lorsque les parties sont convenues de prix; il faut cependant en outre que ces choses aient été mesurées, pesées ou comptées: car si on avoit vendu en gros tout le vin, toute l'huile, tout le blé, toute l'argenterie qui se trouveroit; moyennant un prix déterminé, on observeroit alors les mêmes règles que dans les autres matières qui peuvent faire l'objet d'une vente. Mais si on vend du vin, de l'huile, du blé tant par bouteilles, par mesure, par boisseau, ou de l'argenterie tant par marc, etc., on peut demander dans quel

§. 3. Si quis amico peregrè eunti mandaverit, ut fugitivum suum quærat, et si invenerit, vendat: nec ipse contra senatusconsultum committit, quia non vendidit: neque amicus ejus, quia præsentem emit. Emptor quoque, qui præsentem emit, rectè negotium gerere intelligitur.

De servo fugitivo.

§. 4. Si res vendita per furtum perierit, prius animadvertendum erit, quid inter eos de custodia rei convenerat. Si nihil appareat convenisse, talis custodia desideranda est à venditore, qualem bonus paterfamilias suis rebus adhibet. Quam si præstiterit, et tamen rem perdidit, securus esse debet, ut tamen scilicet vindicationem rei, et conditionem exhibeat emptori. Undè videbimus in personam ejus, qui alienam rem vendiderit, cum is nullam vindicationem, aut conditionem habere possit. Ob id ipsum damnandus est: quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre.

De periculo rei vendita.

§. 5. In his quæ pondere, numero, mensurave constant (veluti frumento, vino, oleo, argento), modò ea servantur, quæ in cæteris, ut simul atque de pretio convenerit, videatur perfecta venditio: modò ut etiam si de pretio convenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm si admensa, adpensa, adnumerata sint. Nam si omne vinum, vel oleum, vel frumentum, vel argentum, quantumcunque esset, uno pretio venierit: idem juris est quod in cæteris rebus. Quòd si vinum ita venierit, ut in singulas amphoras: item oleum, ut in singulas metretas: item frumentum, ut in singulos modios: item argentum, ut in singulas libras certum pretium diceretur: quæri-

De specie et quantitate.

tur, quando videatur emptio perfici? Quod similiter scilicet quæritur, et de his quæ numero constant, si pro numero corporum pretium fuerit statutum? Sabinus et Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, admensa, adpensave sint: quia venditio quasi sub hac conditione videtur fieri, ut in singulas metretas, aut in singulos modios, quos quasve admensus eris, aut in singulas libras, quas adpenderis: aut in singula corpora, quæ adnumeraveris.

De grege.

§. 6. Ergo et si grex venerit: si quidem universaliter uno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio convenerit: si verò in singula corpora certo pretio eadem erunt, quæ proximè tractavimus.

De periculo vini venditi.

§. 7. Sed et si ex doliariorum pars vini venerit, veluti metretæ centum, verissimum est (quod et constare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. Nec interest, unum pretium omnium centum metretarum an semel dictum sit, an in singulas eas.

Si venditor confinem celaverit.

§. 8. Si quis in vendendo prædio confinem celaverit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem dicimus.

36. *Ulpianus lib. 43 ad Edictum.*

De donationis causa.

Cum in venditione quis pretium rei ponit, donationis causa non exacturus, non videtur vendere.

37. *Idem lib. 3 Disputationum.*

De pretio incerto.

Si quis fundum jure hereditario sibi delatum, ita vendidisset: *Erit tibi emptus tanti, quanti à testatore emptus est: mox inveniatur non emptus, sed donatus testatori, videtur quasi sine pretio facta venditio: idèdque similis erit sub conditione factæ venditioni: quæ nulla est, si conditio defecerit.*

38. *Idem lib. 7 Disputationum.*

De donationis causa emptione.

Si quis donationis causa minoris vendat, venditio valet: totiens enim dicimus

temps la vente sera parfaite. Cette question peut aussi avoir lieu par rapport aux choses qui se comptent, lorsqu'on a fixé un prix pour tel nombre de ces choses. Sabin et Cassius pensent que la vente n'est parfaite qu'après qu'on a constaté le poids, le nombre ou la mesure de ces choses, comme si la vente étoit faite sous condition, et qu'il y eût autant de vente qu'il se trouveroit de mesures ou de boisseaux de blé, ou de marcs d'argent, ou de cent des choses qui se comptent.

6. Par conséquent, si on a vendu un troupeau, ou on l'a vendu en gros pour une somme, auquel cas la vente est parfaite dès qu'on est convenu du prix; ou on l'a vendu à tant par tête, auquel cas on observera les règles que nous venons d'exposer.

7. Si on vend une partie du vin qui est dans une cave, par exemple, cent mesures, il paroît juste, comme c'est d'ailleurs l'usage, que le vendeur couvre les risques de la chose vendue, jusqu'à ce que le vin soit mesuré. Et peu importe en ce cas qu'on ait fixé en général un prix pour les cent mesures, ou un prix particulier pour chacune.

8. Le vendeur pourra être actionné par l'acheteur dans le cas où en lui vendant un fonds, il lui aura caché quel étoit le plus proche voisin, si cette connoissance devoit le détourner d'acheter le fonds.

36. *Ulpien au liv. 43 sur l'Edit.*

Si on fait une vente imaginaire, fixant un prix qu'on ne doit point exiger, parce qu'on entend faire présent de la chose à l'acheteur, il n'y a pas véritablement de vente.

37. *Le même au liv. 3 des Disputes.*

